1448. D. 25. Junii. Ex Orig: arch. Regni.

217.

Quarta sors scultetie in Goszczeiewo pro septuaginta quinque marci resignata.

52

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam nos Stanislaus de Ostrorog Castellanus Międzyrecensis et capitaneus maioris Polonie generalis! Significamus tenore presentium quibus expedit presentibus et futuris, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre nobilium veniens presentium honorabilis dominus Johannes. plebanus in Potulice non compulsus, non coactus, neque aliquo modo sinistro dolo seductus, quin imo sanus mente pariterque et corpore existens unus suorum amicorum salubri consilio maturaque deliberatione prehabita, dotalem suam quartam sortem scultetie in Goszczeiewo villa sic nuncupata in districtu Posnaniensi sita, cum omni iure et dominio! sicut solus tenuit habuit et possedit, et cum omnibus utilitatibus, agris cultis et colendis, pratis sylvis, borris, mericis, gaiis, nemoribus indagi

indaginibus, rubetis, quercetis, dumetis pi-
netis, mellificiis et mellisadiis, fluviis flu-
minibus, obstaculis gulgustris, lacubus,
stagnis, paludibus, scenis, piscinis, pisca-
turis, rippis, rivis, rivalis, torrentibus, aquis
et earum decursibus, molendinis constru-
ctis et construendis, aquaticis, ventilibus,
et eorum emolumentis, montibus, collibus,
vallibus fossatis, venationibus, aucupa-
tionibus, areis, domibus, curiis, hortis, po-
mariis prædiis, censibus, fructibus, redditi-
bus, proventibus, utilitatibus, dationibus,
donationibus, solucionibus, pensionibus,
et generaliter cum omnibus et singulis
utilitatibus ad præfatam quartam par-
tem ipsius scultetiæ spectantibus,
iuris proprietatibus, aut domibus propè
ut suis legitimis successoribus penitus
resignando nobili Przybyslao fratri suo
germano sculteto ibidem in Goszczeiewo
et suis legitimis successoribus pro septu-
aginta et quinque marcis vendidit et
coram nobis ritè et rationabiliter iuxta
terræ consvetudinem in perpetuum resi-

resignavit per ipsum dominum Przybyslaum et suos legitimos successores tenendum, habendum, possidendum, et ad usus proprios et ad usus proprios convertendum, sicut sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire. Quam resignationem more solito et officio capitaneali nostri gratè suscepimus et præsentibus confirmamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra præsentibus iussimus appendi. Actum et datum in Oborinyki feria quarta ipso die Sancti Galli, annô Domini millesimô quadringentesimô quadragesimô octavô: præsentibus ibidem nobilibus et generosis Dobrogostio Polienski sub iudice Poznaniensi, Vincentio Czurilo de Bielawy, Chwalatha de Lubycz, Petro Jablonowski, Jacobo Ruczyski, Bienyalz Wythmowskij testibus ad præmissa.

Ta kopia wypisana z oryginału pargaminowego annihilowanego 1784. d. 27. Sierpnia przy którym zawiazka z zielonego i popielatego iedwabiu znayduie się iedna bez pieczęci.